<sup>5</sup> Le mot *nunciat* semble indiquer que la résolution de *Francisco de Enzinas* de se rendre à Wittemberg était récente; mais il est vrai qu'il la réalisa seulement au mois de septembre (n. 4). Le 10 mai 1541, il se trouvait encore à *Louvain*, d'où il écrivait à *Joannes a Lasco* qu'il irait jusqu'au bout du monde pour jouir des leçons de Mélancthon (Gerdesius. *Origines ecclesiarum in Belgio reformatarum*, p. 81-86). De Louvain il se rendit à *Paris*, où il arriva juste à temps pour consoler les derniers jours de son parent, le vieux docteur Pierre de Lerma, et lui rendre les honneurs funèbres (août 1541).

<sup>6</sup> C'est un indice que *Francisco* était l'ainé.

<sup>7</sup> Personnage inconnu.

<sup>8</sup> Nous supprimons ici cinq ou six lignes inutiles.

*explicandos suscipiunt, et suis ineptis annotatiunculis, et miserum scholasticorum popellum fallunt, et doctissimos illos veteres ab ipsis non intellectos (quæ illorum est impudentia), jam corrigunt, jam vellicant, jam denique in horas omnes, pro sua inscitia, vertunt. Si in aliquem obscuriorem locum incidunt, cujus sensum genuinum non possunt assequi, id quod sæpe equidem fit, ibi argutuli videri volunt, et suam interpretationem, merum somnium, omnibus persuadere cupiunt. Scholasticorum infinitus est numerus, sed talis, ut ex omnibus fœcibus totius mundi conflatus videatur, ab omni voluntate et ingenio moribus libero homine dignis alienissimus. Nec hęc libet commemorare quantæ caritatis et expensæ sit illud oppidum : pluris enim conducendum est ibi unicum sordidum et aretum cubiculum, quàm Lovanii pro omnibus expensis, quantumvis lautè cupias tractari. Omitto illorum versipellium hominum perfidam subdolanque mentem qui huic uni rei tantùm student, ut externos omnes, quavis arte, quovis dolo, possint defraudare : ista enim omnia aliquis fortasse πάρεργα esse dicet, et potiùs esse quærendum doctum aliquem et pium præceptorem, qui animum in omni disciplinarum genere christianè institueret : aliquod præterea sodalitiùm studiosorum et proborum juvenum investigandum esse censebit. Sed dum id sodalitiùm eosque præceptores anxius quæro, arenæ semina mando, et (ut inquit ille) non profecturis littora bobus aro. Nam neque Rhetores, nec Philosophi, nec ipsi denique Theologi (si tamen digni sunt tantis nominibus) publicam utilitatem prospiciunt, sed privatam, et veluti rapidi leones semper prædæ et quæstui inhiant, omnia tam sacra quàm prophana corrumpentes. In his quidem utcunquæ ferendus erat illorum error, si sic dici queat : in illis autem velle quicquam aut minuere aut addere, aut ad suum sensum et proprium affectum detorquere, summa, ita me Christus amet, impietas est, nec ferenda ullis bonis Christianis, etiam cum vitæ discrimine.*

Narrarem tibi copiosius *illorum tyrannidem et sevitiàm, inauditamque crudelitatem, quam, me præsentem, exercuerunt in quendam juvenem innocentissimum, nisi tum temporis brevitate impediret. tum maximè quòd sciam te jam cognosse omnia ex nostro Christophoro. Sed ne fortè quicquam ex me desiderari dicas, etiamsi supervacaneum sit, tamen rem ipsam paucis des-*

cribam, et capita tantùm historiæ attingam : reliqua quæ à me omissa fuerint cognosces ex nostro *Christophoro*.

*Juvenis Parisiensis quidam aurifaber, postquam Genevæ, apud illos Christianissimos viros, habitarat<sup>9</sup>, post triennium reversus est Parisios, ubi, ut quidam dicebant, propter invidiam, ut quidam verò aiebant, propterea quòd reposceret pecuniam quandam sibi debitam, delatus est ad judices tanquam Hæreticus. Tractus est miser in carcerem crudeliter, et immanissimè quinque fuit tortus, ut alios etiam detegeret : cæterùm tam constanti animo omnia pertulit, ut jam non tanti faciam constantiam illius Scævolæ, qui quidem, ut historiographi scribunt, tanta cum audacia et constanti animo restitit Syllæ, ut nec milites, quibus tota curia erat circumdata, nec ipsa denique mors illum deterruerit. Quid jam opus est commemorare exemplum Metelli, Phocionis, Socratis et plurimorum aliorum, qui omnes digni sunt habiti à scriptoribus, ut constantiæ nomine laudarentur? Hic enim juvenis, dum torquetur, dum lingua ejus ter abscinditur, dum denique crematur vivus, ne vultum quidem mutavit. Mirabatur vulgus hominum illius pertinaciam (sic enim vocabant), at docti et Christiani viri multò magis mirabantur illorum cæcorum tenebras, qui dum cupiunt et dici et videri Inquisitores fidei, maximam crudelitatem exercent, ut potiùs sint dicendi Inquinatores fidei et Judaismi strenui propugnatores, hæreticæque pravitatis assertores, quàm fidei propugnatores, quum nihil minùs sint.*

Sed miraris fortasse, mi Georgi, meam *παρόρησιον*. Cæterùm quoties istæ cogito (cogito autem frequentissimè) disrumpor dolore, atque sine intermissione oro Dominum, ut ex tantis tenebris nos dignetur liberare : eò enim impietatis dementiæque omnia *magistrorum nostrorum* studia devenere, ut traditi in reprobum sensum, ut Paulus ait, existiment, se maximum obsequium Deo præstare, cum persequuntur dilectos Dei. Dominus misereatur nostrî, et liberet nos ab unguibus istorum cacodæmonum ! Amen.

<sup>9</sup> On a vu, en 1541, t. VII, p. 253, trois orfèvres parisiens partant pour Genève. Cette ville avait déjà du renom, au quinzième siècle, pour les ouvrages d'orfèvrerie ; mais l'on est autorisé à croire que sa réputation de cité évangélique attirait aussi les trois personnages susdits.

Ut aliquando tamen ad me revertar, ego cum tantam impietatem, tantam tamque inauditam crudelitatem ab illis magistris morum scilicet exerceri viderem, nullo modo ampliùs illos ferre potui, nec æquum mihi esse videbatur, inter tales impios diutius commorari : itaque compositis meis libris revertor ad meum exoptatum *Lovanium*, ibique habito apud D. Doctorem *Paulum Roelsium*, qui usque adèd delectatus est meo adventu, ut nihil supra. *Cum igitur per mensem integrum illic habitassem, ecce frequentissimis literis sollicitor ab Antverpensibus bibliopolis, ut mitterem Catechismum* (quem penes me habebam) *prælo tradendum*<sup>10</sup>. Ego verò, cum plurimi gravissimi viri, non contemnendæ eruditionis, asseverarent, *hunc libellum*, Dei auxilio, *futurum utilissimum nostræ integræ nationi*, decrevi non mihi ipse [l. ipsi?] inservire tantùm, sed etiam proximis, cum sciam charitatem veram non quærere quæ sua sint, sed quæ Jesu Christi : itaque ante quinque hebdomadas hîc *Antverpiæ* habitavi, in quibus ne respirare mihi quidem licuit, nec jam multò minùs licet, quoniam auctus est labor, ut absolvatur hisce duobus diebus : ego enim optarem pridie quadragesimæ<sup>11</sup> abire *Lovanium*, sed priùs constitui hos libros ad te mittere, et noster *Christophorus*, ut existimo, tibi daturus est duos florenos, quos ego consumpsi illius nomine. Tu, quæso, ad me scribito, quàm citissimè possis, et indicato mihi tuam valetudinem. Bene igitur valebis, mi Cassander, et boni consule meam incultam et rudem literulam, et mei fac semper memineris. Antverpiæ, xx. Februarii (1541<sup>12</sup>).

Tuus ex animo JACOBUS DRYANDER.

(*Inscriptio* :) Tum doctrina, tum pietate insigni viro M. Georgio Cassandro, Professore publico Brugensi dignissimo et amico suo charissimo.

<sup>10</sup> Il est invraisemblable que ce *catéchisme* ait été composé par un jeune néophyte, et nous pensons qu'il l'avait simplement traduit pour sa nation. Le *Catecismo* espagnol (petit in-8°) édité sans nom de lieu en 1550, et qui traduit fidèlement le catéchisme de *Calvin*, ne fut peut-être qu'une réimpression de celui que *Jacques de Enzinas* publia dans la ville d'Anvers.

<sup>11</sup> Pâques étant le 17 avril en 1541, le carême commença le 8 mars.

<sup>12</sup> Malgré ce que nous avons dit dans le t. VIII, p. 503, lig. 15, cette lettre doit conserver le millésime de 1541, et cela pour les raisons suivantes : On ignore le nom de l'orfèvre martyr mentionné à la p. 465, et la date de

## 1220ter

GUILLAUME VIROT<sup>1</sup> à Guillaume Farel, à Strasbourg.

(De Metz) 16 avril 1543.

Inédite. Autogr. Coll. Lutteroth. Bibl. de la Soc. de l'Hist. du Protestantisme français.

S. Quanta tui et fratrum gratia fideles patiantur, non est in me enarrare. 15 Aprilis, hesternæ luce, dederam literas ad te *Gaspari de beu* [l. de Hen] *Argentoratum*, ut audiveram, proficiscenti<sup>2</sup>: quibus quid hinc ageretur significabam<sup>3</sup>. Hodie verò præter meam consuetudinem, *exulum*<sup>4</sup> *conjuges* visebam, eas ut solarer, quòd tandiu maritis suis carerent. Illæ omnes, Deo gratia, bene habent, nisi quòd sunt sollicitæ quid agant viri. Verentur enim ne literis decipiantur. Potissimum *Doleti*<sup>5</sup> *conjuges*, quæ inter cæteras hodie, me dum conveniret, flebat: quam non solùm admonui ut patienter ferret, etiam si vera essent

sa mort ne peut devenir un élément essentiel de la question. Celle-ci est décidée par un fait irrécusable: l'immatriculation de *Franciseo Enzinas* à Wittemberg, le 27 octobre 1541 (n. 4). Supposerait-on que *Jayme Enzinas* ait annoncé, en février 1540, la résolution de son frère d'aller étudier sous Mélanchthon? Ce fait ne serait plus d'accord avec ce que l'on sait de la vie de ces deux frères.

<sup>1</sup> Il y avait alors des *Virot* à Aigle, et une famille noble de ce nom existait à Montbéliard. Un *David Virot* était pasteur dans la Classe de Morges en 1625. (Cf. L. de Charrière. Chronique de Cossonay, 1847, p. 429-33). Mais *Guillaume Virot* semble être venu de France. Il enseignait, croyons-nous, dans l'École de Neuchâtel, lorsque les pasteurs neuchâtelois l'envoyèrent à *Gorze* (janvier ou février 1543) auprès de *Guillaume Farel*. Il partagea tous ses dangers, le 25 mars et jours suivants, et il l'accompagna dans sa fuite jusqu'au moment où Farel lui ordonna de se rendre à *Metz*, afin d'y relever l'école de l'église évangélique (Cf. la lettre de Guillaume Virot du 31 mai 1543, N° 1240 bis).

<sup>2</sup> A comparer avec la lettre de Gaspard de Hen à Farel du 10 avril 1543, t. VIII, p. 315.

<sup>3</sup> Cette lettre de Virot est perdue.

<sup>4</sup> Il s'agit de ceux des habitants de *Metz* qui furent bannis au mois de janvier 1543 (VIII, 152, 153).

<sup>5</sup> Il n'est pas question ici d'*Estienne Dolet*, l'humaniste-imprimeur, mais de *Thiébauld Dollée* ou *Dolleei*.

quæ audiebat, nimirum maritum ægrotare, sed etiam paulò audaciùs increpavi, quòd in veritate<sup>6</sup> tam in adversis insolens videretur. Illa verba mea lubens audiebat ac paulò meliùs invaluit. Quantùm autem ex quorundam colloquio subodoratus sum, omnino marito est privata<sup>7</sup>: quod et illa suspicata est, dum apud me fleret. Cæteras verò sum adhortatus quantùm in me erat, ut in officio manerent, prospicerent quid Evangelium suis sectatoribus polliceretur. Viderent parumper quid Christus earum causa perpeusus sit : hoc nihil esse quod sunt passæ, nondum ad sanguinem ventum esse : ea et multò majora esse ferenda iis qui Christum sequi desyderarent. Multæ sunt constantissimæ, præcipuæ *Karquiani*<sup>8</sup> *uxor*, quæ licet multa passa, viro et liberis in præsentia privata, in officio tamen manet. *Gulielmi*<sup>9</sup> *uxor* bene habet, cæteræ omnes : *Symonis Goziani*, *Coussoti*<sup>10</sup>, quæ maritum non dolet : sed una ejus filiarum est mecum frequens, ut verbum Domini audiat, ac multas secum adducit ut me audiant. *Reginaldi*<sup>11</sup> *uxor* optimè valet. Heri in contione unus liberorum ejus cum tribus aliis psalm.[um] cecinit, et cum non mediocri fidelium admiratione<sup>12</sup>. *Martini* quoque, *Petri Fabri*<sup>13</sup> *uxorem* non conveni, quòd ut audio nondum redierit. *Thomassini*<sup>14</sup> *uxor* bene habet. *Gamaut*<sup>15</sup> *uxor* quoque sana est. *Pretor in carcere manet*<sup>16</sup>. *Milites Galli*<sup>17</sup> ejectos aut

<sup>6</sup> Malgré sa connaissance de la vérité.

<sup>7</sup> Voyez la lettre de Virot du 30 avril, renvoi de note 13.

<sup>8</sup> Appelé aussi *Carchien*, *Carquien* ou *Carquin*. Cf. l'Index du t. VIII.

<sup>9</sup> Probablement, *Guillaume* le maignier (chaudronnier). Cf. le t. VIII, p. 153.

<sup>10</sup> *Simonin de Gorze* et *Didier Le Couzat*.

<sup>11</sup> *Regnault Daube* ou d'*Aulbe*.

<sup>12</sup> Encore une preuve du goût très vif des protestants de Metz pour le chant des psaumes.

<sup>13</sup> *Jean-Pierre Martin*, marchand (VIII, 34, 153, 316). *Pierre Fabri* ou *Faure* est un personnage inconnu.

<sup>14</sup> *Thomassin* de Chevillon, drapier.

<sup>15</sup> *Gaspard Gamaut*, l'hôte de Farel à Metz.

<sup>16</sup> Il s'agit sans doute ici de *Robert de Heu*, sénéchal héréditaire de l'évêché de Metz (p. 41, n. 6). Il avait probablement été emprisonné à cause des rapports calomnieux du médecin espagnol *Lacuna* et de *Jacques Remich* (Cf. la p. 80, n. 5).

<sup>17</sup> Les soldats du duc de Guise, qui s'étaient emparés de la ville de *Gorze*, le 25 mars 1543 (Cf. les N<sup>os</sup> 1216, 1217, 1222 du t. VIII).

alio modo obvios fideles semper persequuntur. *Senatus* semper insanit. *Rasorum caterva* semper furit<sup>18</sup>. Tantus est in urbe tumultus, tanta est plebis et civium turba quanta unquam visa vel audita est. Nisi Dominus me servaret, quid agerem? nescio. Ejicerer millies. Itaque *hoc die, quamquam me celarent, intellexi te in itinere agrotasse : quod quàm grave fuit, Dominus scit. Et, ut vulgò fertur, etiam nunc morbo detineris*<sup>19</sup>: quod si unquam, nunc non solum mihi, sed omnibus gravissimum est. Dominus, si ita est, te incolumem in suam gloriam servet! Attamen, non sicut nos, sed ut vult fiat. Multa hinc dicuntur quibus fidem non adhibeo, juxta illud : Fama malum volat, viresque acquirit eundo<sup>20</sup>. Dominus in messem operarios inmittat, quae amplissima est. *Conjuges exulum super his quæ de te falsò fortasse audiunt, discrutiantur*, ac cæteri fideles. Omnes te salutant ac cæteros fratres. Salutabis, si non est molestum, omnes qui isthic sunt fideles nostro omnium nomine, quos tecum nobis Dominus reddat. Amen. Vidua *des Molins*<sup>21</sup> cum *uxore Dominicani*<sup>22</sup> te salutat cum cæteris, *Watrinus*<sup>23</sup> quoque. Faxit Dominus ut unà omnes redeatis. Amen. Dominus vobiscum sit. Amen. 16 april. 1543.

Tuus, si suus est, GULIEL. VIROTUS.

(*Inscriptio* :) [Doct.]iss. viro Guliel. Farello, verbi Dei præconi fideliss. ac pastori diligentiss. Argentorati<sup>24</sup>.

<sup>18</sup> *Rasi*, les tonsurés, les prêtres.

<sup>19</sup> Selon les Annales de Boyve, II, 434, *Guillaume Farel* aurait été dangereusement blessé à *Gorze*. C'est une erreur. Les violentes émotions par lesquelles il avait passé, du 25 au 29 mars 1543 (VIII, 324-29), suffirent à expliquer sa maladie.

<sup>20</sup> Citation partielle de deux passages de l'Énéide, III, 121 ; IV, 174.

<sup>21</sup> A comparer avec la lettre de Valérand Poullain du 28 novembre 1544, p. 381 de ce volume, renvoi de note 25.

<sup>22</sup> Personnage inconnu. Il ne semble pas qu'on puisse l'identifier avec le *Dominicus* mentionné par V. Poullain, le 13 oct. 1544 (p. 342, lig. 10).

<sup>23</sup> Le pasteur *Valentin* ou *Watrin du Bois*.

<sup>24</sup> Paul Ferry a noté en tête, à la marge : « 16 avril 1543. »

## 1226a

GUILLAUME VIROT à Guillaume Farel, à Strasbourg.

De Metz, 30 avril 1543.

Inédite. Autogr. Coll. Lutteroth. Bibl. de la Soc. de l'Hist. du Protestantisme français.

S. Credo ego te mirari quid sit quòd tam crebras ad te dem literas. Sed si causam statumque nostrum planè intelligeres, non esset quod mira[re]ris, atque adeò verum est quod jamdudum audio, optimam esse consuetudinem in principio alicujus negocii, opem et gratiam Dei implorare : verùm non solùm in principio negocii implorandum auxilium, sed si quis fructum percipere voluerit, prudenter facit, dum persistens in oratione, menteque semper suspensa non abscedit. Nam si unquam, præcibus nunc opus habemus, exemploque Moseos dum Israël in Amalechitas præliaretur, agendum, neque humanis viribus fidendum quantumvis magnis, neque consiliis hominum : opus enim Dei est.

Hæc non dico, mi pater, ut te doceam, qui te doctore opus habeo, sed ut intelligas *quàm videatur arduus ac difficilis negocii hujus exitus. Nam haud existimo Pharaonem in tantum induxisse atque hujus civitatis senatores, verbique Dei hostes antichristos : inter quos tantus est consensus, ut non illi, sed hi civitatem regere planè videantur* : unde quanta patiantur cives non est in me enarrare. Et ne putes quicquam ex illorum voluntate, literis non ita dudum receptis<sup>1</sup>, immutatum, tantò severiùs agunt quantò diligentiores vos in hac re judicant. Puto autem et revera credo satanam suos habere, quibus hîc Christum undique oppugnet. Nam *inter cæteros furit prorsùs Talange*<sup>2</sup>, qui *aliorum ministrum agit ac rasorum* atque adeò satanæ. *Singulis*

<sup>1</sup> Allusion aux deux lettres que le Conseil de Strasbourg avait adressées à celui de Metz, le 6 et le 15 avril (Cf. t. VIII, p. 335, note 4).

<sup>2</sup> *Thiébaud de Gournay*, sieur de Tallange (VIII, 335).

*diebus dispicit quo modo quaque ratione efficere poterit ut fideles agitet, torqueat, vexet. Dominum verò nullo modo agnoscit. Quid multa? deploratae est spei. Fideles omnes mirum quanto desiderio psalmis Dominum collaudare gestiant<sup>3</sup>. Hic prohibet, spirans minarum ac cædis in eos : jubet tacere concionatorem pro animi sententia<sup>4</sup>. Minatur iis quos frequentes in concionibus audit : mirandum quàm crudeliter et satanicè, ut ita loquar, agat.*

*Me verò, mi pater, fideles premebant licet volentem, ut se docerem, præsertim mulieres, psalmos et legere et cantare : id pro mea imbecillitate præstabam. Congregabantur verò non[n]unquam aliquot mulieres, partim fideles partim infirmæ, ut me audirent. Eas et qui aderam viros, quantum suppeditabat Dominus, informabam. Aliorum libellos, ut Psalmorum, Epistolarum, Testamentorum, consuebam<sup>5</sup>, cum etiam nihil inde prorsus precii sumerem : nam omnino recusabam et semper recusavi, ut erunt mihi locupletissimi testes multi fidelium. Ægrotos etiam peste laborantes, tuo unius exemplo, visebam ac solabar<sup>6</sup>. Id tandem rescitum est à quibusdam Senatus, quendam hic esse Farellicum discipulum (quamquam sum Christi) qui concionaretur quottidie. Quærent me ut ejiciant, vel aliquo alio modo persequantur. Viri autem boni è Senatu fidelibus retulerunt, deliberatum esse in Senatu de me in carcerem mittendo : idcirco tacerem in aliquot dies, eos nunc insanire<sup>7</sup>. Illi verò in singulas horas quomodo me apprehendant circumspiciunt. Hunc satanæ impetum per te ridere didisci [l. didici]. Hoc tamen in primis ut dominus in Messem operarios immittat, utpote copiosam, oro : quod etiam ut faciat Waltrimus moneo : hunc esse verorum mi-*

<sup>3-4</sup> Voyez dans le t. VIII, p. 334-36, le résumé de la lettre de *G. Virot* du 27 avril 1543 aux réfugiés messins à Strasbourg.

<sup>5</sup> De ce détail on peut inférer qu'un assez grand nombre de Psautiers, de Nouveaux Testaments et d'Épîtres étaient récemment parvenus, en feuilles, aux Évangéliques de Metz, et que *Guillaume Virot*, relieur bénévole, en faisait des volumes aisés à manier. Les 500 ou 600 exemplaires du Psautier de [Pierre Brulli] retenus aux portes de Metz en mars 1542 (VIII, 492-494) avaient peut-être été restitués à leurs destinataires.

<sup>6</sup> A comparer avec le t. VII, p. 357, note 3, et avec le t. VIII, p. 150, lig. 1-5.

<sup>7</sup> Cela nous apprend qu'il y avait, dans le Conseil de Metz, une minorité modérée et tolérante.

nistrorum Christi morem, ut veros operarios à domino præcibus impetrent. Neenon semper insistendum ut satan ejiciatur, atque antichristi regnum destruat, ut pleniùs Christus regnet. Cæterùm, mi pater, multi multa jactant, Dominus verò judex est omnium. Sed meo judicio quàm arduum sit et quàm impervium ut hi satanæ ministri vincantur, non difficile est judicare. licet omnia Deo facil[is]ima sint : apud quem multum potest ecclesiæ oratio, quæ necesse habet ut continuatur (*sic*). Nam extendente manus Mose, vincebat Israël, remittente verò, vincebatur. Verumtamen *nisi Dominus manum porrexerit, exercitus quantumvis copiosus, edicta quamvis gravia<sup>8</sup> parùm proderunt, ut induruerunt isti. Alii quantumvis polliceantur et literis et nunciis vobis ex hac civitate, hoc mihi crede, rem esse maximè arduam et difficilem et non ita perviam ut jactamus<sup>9</sup>*. Dominus ejecto antichristo regnet ac veros operarios in hanc messem immit[at]. Amen.

*Hæc non dico cuiquam, sed contrà tantam spem ut concipiant fideles hortor, ac si rem pro foribus esse certò scirent.* « Majorem « longè fuisse *Genevæ* satanæ impetum : Dominum per te uni- « cum cum *Vireto* magis furibundos antichristos ejecisse<sup>10</sup>. Do- « minum hoc tibi inter ceteros concessisse, ut à facie tua fugiant « inimici, etiam omnibus nesciis, quod factum est *Neocomi*<sup>11</sup>. « Intra 15 dies sperent certò se Verbum à te audituros<sup>12</sup>. » Sic illis adsum, et ut præcibus rem juvent commoneo : quod aliquando, ubi multa sum locutus, facio unà cum illis. Sed hoc tibi scriptum volui, ut meam de ea re sententiam audires.

<sup>8</sup> Il y a lieu de supposer que c'est une allusion à la convention faite, le 16 mars 1543, entre la ville de Metz et le comte Guillaume de Furstemberg (VIII, 305, n. 2).

<sup>9</sup> Cette critique est probablement dirigée contre les Strasbourgeois, qui se seraient exagéré les chances de réussite des protestants de Metz.

<sup>10-11</sup> Guillaume Virot ne connaissait qu'imparfaitement les obstacles que *Farel* avait eu à surmonter à *Genève* (1532, 1534, 1535), à *Neuchâtel* (1529, 1530), et l'aide providentielle qu'il avait rencontrée dans ces deux cités (Cf. t. II, p. 212, et p. 460, renv. de n. 4).

<sup>12</sup> Virot annonçait hardiment *le retour de Farel à Metz*, pour le milieu de mai, parce qu'il espérait que la conférence qui devait se réunir à Strasbourg, à la date susdite, élirait *Guillaume Farel* comme pasteur des Évangéliques de Metz (Cf. t. VIII, p. 405-407).

*Dolet* quondam conjux<sup>13</sup> continuis lachrimis maritum deflet, cujus discessus ab humanis multis gravis est. Licet ipse admoneam Davidis exemplo ejus mortem non esse deflendam, utpote viam ad vitam eternam. *Carolus*<sup>14</sup> *audaciùs multò in Christianos invehitur quàm unquam*. Jactat se antichristi turbam defensurum ad necem, modò illi bono animo sint. *Senatores* sunt illi et *abbati*<sup>15</sup> convivæ frequentes, aliquando verò auditores, quòd illis aduletur inter concionandum, adpelletque eos invictos Christi milites, quòd veritati repugnent, quam adpellat hæresim. *Majori impetu quàm unquam feruntur senatores, impellentibus rasis, in eos qui in re vel minima illis deficere ab officio videntur*. Si quis matrimonio conjunctorum, parte altera hinc discedente, raso non conducat ut canant, vel ejicitur si vir est, vel pecunia grandi plectitur si mulier. Si eorum item quis defuncti vestem vel preciosorem valetudinarii rasis sponte non obtulerit, ejicitur : quod me præsentè factum est in eum cui vix, uxore defuncta vita, restabat quod ederet. Ad hujusmodi negocia rasi invigilant. Si quis domum conducat nesciis senatoribus, plectitur. Ut ad pauca redeam, summa est hic tyrannis. Dominus gregi suo prospiciat!

Ego verò, si latendum est, malo vel ejici vel in carcerem mitti, quàm diu in hoc misero statu tacere et famelicis non adesse. Nam movet me hujus qui talentum unicum acceptum humi foderat, exemplum. Preterea est alibi quod agam, et nisi vererer vel te, vel fratres qui hîc et alibi sunt offendere meo discessu, jamdudum discessissem. Et *hactenus hoc me malè habuit* (sed cessare incipit) *quòd me non satis nosset, mihique hoc vicio dares, quòd ad octavam Gosam non redierim*<sup>16</sup>. Debit consul *de Heu* respondere<sup>17</sup>, discessissem. Dominus hujus rei

<sup>13</sup> Voir la note 5 du N° précédent.

<sup>14</sup> *Pierre Caroli*, redevenu prédicateur catholique à Metz. Cf. la lettre de Farel du 20 avril 1543 (VIII, 329, renvois de note 53-55).

<sup>15</sup> L'abbé du monastère de St.-Vincent, à Metz.

<sup>16-17</sup> Virot fait allusion à des circonstances que nous ne connaissons pas. Nous supposons que *Farel* l'avait envoyé de *Gorze* à *Metz*, pour remplir une mission auprès du maître-échevin *Gaspard de Heu*, et qu'il lui avait prescrit de revenir à *Gorze* dans le terme de huit jours (*ad octavam*). *Virot* ne revint pas au jour fixé, parce qu'il n'avait pas la réponse du maître-échevin. — « Il aurait dû répondre (dit Virot) et je serais reparti. »

testis ac iudex noster sit. Meæ i[g]noscentiæ non timeo. Quòd si peccavisses, erant tuæ partes qui bonam senectutem attigisti, juventuti meæ condonare et huic ætati non tribuere, vel si tribueres, dissimulare quousque aliquid vicii à me commissi audires. Quòd si penderem ab hominibus, mihi grave et molestum sanè foret, sed habeo unde pendeam. Dominus iudicet et palàm faciat quo animo huc venerim, relictis multis conditionibus<sup>18</sup>. *Cum tu me satis in odium fidelium adduxeris<sup>19</sup>, hoc semper in ore geram, te esse verum Dei organum et verè patrem meum.* Aliud quod dicam non habeo. Oro te, mi pater, rem consideres : me non esse hujus rei<sup>20</sup> causam. Neque hoc dico quòd me gratiorem apud te reddam : nam fortasse nunquam te videbo, nec tu me, neque pendeo ab hominibus, ut auram popularem vener. Sed juxta id quod rectum et æquum iudico, malo indicare quàm celare. *Grave est multis quòd ita taceat Waltrinus, qui metu tantum rasorum certis diebus concionatur<sup>21</sup>, idque quòd nunc liberiùs et apertiùs doceat quàm unquam.*

Nisi arbitrarer conjuges fidelium qui apud te sunt, maritos suos de statu suo literis certiores facere, diligentior essem in scribendis literis, nisi quòd *uxor Symonis Goziani<sup>22</sup>* frequentior est in auditorio *Caroli* quàm *Waltrini*, cujus iudicio ille quàm hic meliùs loquitur. Si placet tamen maritum admonebis, sed literas non indicabis, ne id ægrè sit illi : nihil enim intererit si nemo has nostras literas viderit, nam liberiùs ad te scribo, quòd sciam te non iniquum rerum aestimatorem<sup>23</sup>. Breviter, hïc vel alibi si te offenderim, condonabis pro tua benignitate. Dominus te nobis reddat et huic civitati. Amen. Salutabis. si placet, omnes qui isthic sunt fideles, *fratrem* in primis. Qui hïc sunt te omnesque alios salutant ac summo desyderio te deside-

<sup>18</sup> Nous n'avons aucun renseignement sur les nombreuses places qu'on aurait proposées à *Virot*, au commencement de l'année 1543.

<sup>19</sup> Cf. la lettre suivante, renvois de note 23-25.

<sup>20</sup> Si nous avons bien compris *Virot*, il veut dire : Ce n'est pas ma faute, si je n'ai pu être ici maître d'école, et si je suis devenu évangéliste, à la demande des fidèles.

<sup>21</sup> A comparer avec la lettre de *Virot* du 27 avril 1543 (VIII, 334-36).

<sup>22</sup> Voyez la lettre précédente, note 10.

<sup>23</sup> Dans la lettre du 31 mai suivant, *Virot* adresse le même compliment à Jean Chaponneau.

1543 G. VIROT A J. CHAPONNEAU ET J. COURTOIS, A NEUCHÂTEL. 475  
rant. Dominus illorum desiderio adsit. Amen. Metis, pridie  
kalend<sup>24</sup>. maii 1543.

Tuus. si suus est, G. VIROTUS.

(*Inscriptio* :) Doctiss. viro Guliel. Farello, verbi Dei adnunciatori fideliss. Argentorati<sup>25</sup>.

## 1240bis

G. VIROT à J. Chaponneau et à J. Courtois, à Neuchâtel.  
De Metz, 31 mai 1543.

Inédite. Autogr. Coll. Lutteroth. Bibl. de la Soc. de l'Hist. du  
Protestantisme français.

Doctiss. viro Joanni Capunculo, patri meo et ecclesiae Neocomensis<sup>1</sup> pastori fidelissimo. ac Joanni Cortesio, ejus quidem zelanti<sup>2</sup> sed mihi amiceiss. Gratiam, salutem et pacem in Christo Jesu Domino nostro.

Cum frequenter circumspectassem quibus modis literas de meo quoque statu (id enim ut saepe facerem injunxeras) ad te darem, quando non erant in manu tabellarii, deinde viderem mihi ingratitude notam, neque immerito, tantis officiis à te elementer adfecto, inuri, quanta cura fuerim adfectus magnitudini tuorum in me officiorum<sup>3</sup> respondendi, — tibi alioqui caeteris in rebus

<sup>24</sup> L'original porte *Pridie kalend.*

<sup>25</sup> En tête, note marginale de Paul Ferry : 30 avril 1543. »

<sup>1</sup> Les mots *Joanni Capunculo* et *Neocomensis*, en tête de la lettre et sur l'adresse extérieure, ont été recouverts d'une épaisse couche d'encre. Les noms *Cortesio* et *Capunculo* ont subi le même sort en d'autres passages. Mais ce procédé d'effacement n'a réussi que pour un temps : l'encre ayant jauni par vétusté, plusieurs caractères sont devenus lisibles et ils ont fourni le moyen de rétablir les caractères voisins.

<sup>2</sup> Ce mot est aussi biffé. On ne peut lire *Zoilo* ou *Zelote*, à cause de la barre horizontale qui représente une *n* et précède immédiatement le *t* final. L'écrivain veut dire que *Jean Courtois* était jaloux des succès de *Chaponneau*, son beau-père, chez qui il vivait à Neuchâtel en attendant une place (Cf. les lettres de Calvin du 28 mai (1543) et de la fin de septembre, même année : VIII, 379, n. 5 ; IX, 46, renv. de note 9-10).

<sup>3</sup> Nous présumons que *Chaponneau* s'était constitué le protecteur de *Virot* à l'arrivée de celui-ci à Neuchâtel, et qu'il l'avait recommandé à Mathurin Cordier pour la place de sous-maître dans son école.

æquo æstimatori judicandum relinquo. Tantùm hoc addam, me majori studio et acriori fuisse sollicitum quòd literas ad vos dare non possem, quàm vos quòd non reciperetis. Sed his excusationibus omissis, currat oratio. Circiter soteriarum<sup>4</sup> ferias, literas de me, opinor, vobis reddidit quidam luscus nomine *Remigius*<sup>5</sup>: nam et ad te et ad *Corderium* et ad congregationem de iis quæ hîc agerentur amplissimè describebam<sup>6</sup>, nec non orabam vos ut me certiozem de receptis literis vestroquè statu primo quoque tabellario faceretis. Sed vobis ignosco: tantùm hoc opto vobis redditas esse literas. Nunc quæ ab illis receptis acta fuerint *ludis Gosianensibus*<sup>7</sup> et *Metensibus* accipite.

Constituto *Metis* (per legatos *Protestantium*) pastore, qui verbum Domini purè proponeret (de sacramentis autem nihil<sup>8</sup>), ac rejecto *Farello*<sup>9</sup> — nam de illo audire tum nullo modo volebant *Senatores* cum *rasis* conjuncti — ceptum est de extorribus intromittendis<sup>10</sup> disputare. Ea res delata est ad *Protestantes* in mensem. Abeunt legati, discedit *Comes Gulielmus*<sup>11</sup>. Manemus *Gosæ* extorres cum *Farello*, expectantes quid Dominus per nos faceret. Adest dies resurrectionis Domini<sup>12</sup>. Conveniunt *Metenses* non pauci *Gosam*, cœnam<sup>13</sup> Domini celebraturi. Celebra-

<sup>4</sup> Chez les classiques latins, *soteria, orum*, désigne les présents offerts aux personnes qui venaient d'échapper à de grands périls, ou bien les sacrifices et les vœux faits en leur faveur. C'est abusivement que *Virot* a fabriqué le mot *soteriæ, arum*, et s'en est servi pour nommer la fête de Pâques.

<sup>5-6</sup> Si l'on doit identifier le borgne *Remigius* avec *Jacques Remich* (p. 80, n. 5), il est presque certain que les trois lettres de *Virot* adressées à Neuchâtel [après le 16 mars] et confiées à cet espion, furent livrées au gouverneur général du Luxembourg ou bien au gouvernement de Bruxelles.

<sup>7</sup> Allusion aux tragédies qui avaient eu lieu à *Gorze* du 25 au 29 mars 1543.

<sup>8</sup> A comparer avec le t. VIII, pp. 305-306.

<sup>9</sup> *Farel* avait dû se retirer de Metz à Montigny (octob. 1542). Il était rentré à Metz vers le 15 novembre (p. 42, renv. de n. 14), nous ne savons pour combien de temps, et il résidait à *Gorze* depuis plus de deux mois, lorsque fut faite la convention du 16 mars 1543. On voit que des partisans du Réformateur essayèrent encore, mais inutilement, de le faire élire pasteur à Metz par les députés de cette ville et par ceux des princes protestants.

<sup>10</sup> Il s'agissait de ceux des bourgeois de Metz qui avaient été bannis, au mois de janvier 1543, pour cause de religion.

<sup>11</sup> Le comte *Guillaume de Furstemberg*.

<sup>12</sup> Pâques fut le 25 mars en 1543.

mus. Ecce autem de improvise Dominus *de Guyse*<sup>14</sup> cum quingentis aut sex[c]entis equitibus nos inter prandendum invadit, ipso resurrectionis die, mirè ad salutem propensos ac de nulla alia re quàm de salute sollicitos. Quid multa? Occidunt ex *Metensibus* aliquot, ex militibus complures, arcem petunt. Mulieres quarum maritos invenire non poterant secum deducunt, pecunia redimendas eaque grandi. *Hoc bello triduo aut quadriduo deducto*, sed mirando tumultu et crudelitate in pios et Christum potissimum profitentes, *De Guyse arcem cum Farello petit ac Metenses. Id pernegatur, arx quidem conceditur. Sed Farelum ac Metenses secum morituros respondent milites Comitum. De Guyse id cum exorare nequiret, arcem recipit, sed Farelum interfecturo ducentos coronatos numerat*<sup>15</sup>.

Dominus noster Jesus nos ab ore leonis liberavit ac his rebus eripuit. *Farellus* multa cum ob moram tantam passus, tum ob hoc bellum tam repentinum (neque immeritò), curru con[s]censo, *Argentoratium* petit cum exercitu *Comitum* ac exulibus *Metensibus*. Inter eundem excepti urbe (*Nomini*<sup>16</sup>) ejicimur, consilio et impulsu ratorum illic præsidentium, cum tantum dormire vellemus<sup>17</sup>. Revera dixisses te in Actis legere Pauli exclusiones. *Hic flevit Farellus. Ego verò quanta ob ejus lachrimas, quas nunquam præterquam hinc videram, perpessus et adfectus fuerim, Dominus novit. Sentiebam ejus dolorem : et quàm voluissem ejus nomine ejici!* Hac nocte pago excepti proximo<sup>18</sup>, Christo gratias agimus. Experfecti (*sic*). *Remittit me Farellus Metim, visurum an scholis præfici possem*<sup>19</sup>.

<sup>13</sup> Dans l'original *cenam*. Il y aurait plusieurs autres négligences à relever, par exemple, dans ce qui suit : *inter prendendum, respident*, au lieu de *respondent*. L'écrivain adopte partout la forme *jamdudum*, au lieu de *jamdudum*.

<sup>14</sup> *François de Guise*, comte d'Anmale (VIII, 306, n. 7).

<sup>15</sup> *Farel* est moins affirmatif dans son récit du 20 avril (VIII, 328, lig. 9-11).

<sup>16</sup> La ville de *Nomény*. Voyez le t. VIII, p. 328, n. 47.

<sup>17</sup> Du 25 au 29 mars, *Farel* et tous ses compagnons ayant été continuellement entre la vie et la mort, n'avaient pu prendre aucun repos.

<sup>18</sup> Le village de *Domècre*, à 4 ou 5 l. à l'E. de *Nomény* (VIII, 328, n. 48) ?

<sup>19</sup> Le pluriel *scholis*, au lieu de *scholæ*, nous semble inexact. La grande école de la ville de Metz avait pour régent, en 1541, un zélé impérialiste, nommé *Edmond de Boulay*. On n'aurait pu songer, en 1543, à le remplacer par un disciple de *Farel*. Et il est fort douteux que les Évangéliques

Hæsi *Metis* hactenus sine ulla scholasticæ conditionis ope. Gestiebat animus ad vos redire<sup>20</sup>, sed milites qui *Metim* excuntes interficiebant passim, domi me continebant. Aut ad vos, aut in *Galliam* iter parabam, ac jam pedum visa erat via, at Dominus fortasse hoc argumento me retinuit. Fratres pii metu Senatorum me excipere non audebant, nam id edicto prohibitum erat, ne quis quem domo exciperet citra magistratus cognitionem. Vicit tamen charitas tam impium edictum : sed clàm me alebant vicissim, ægrelaturi si discessissem. Nec meam tam impediunt abitionem milites quàm fratres ipsi. Orant me passim mulieres ut se doceam et legere et canere *psalmos*. Sino me exorare : ægrotos, quantum in me est, viso.

Id ubi rescivit *Farellus* frater mœstissimus, quid is fecit ? Literas conscripsit<sup>21</sup>. Iras colligavit, minas misit, quibus meam docendi rationem improbat. Quomodo, dices, rescivit ? Per me measque literas<sup>22</sup>, ut mihi conscius eram. Nam nemo qui meam docendi rationem intellexisset, erat unquam improbaturus. Non contentus tamen ad me de his scribere et minis me terrere, scripsit ad eum qui pastor erat institutus<sup>23</sup> (quocum familiarissimus eram), me vini potorem, arrogantem, mei admiratorem, aliorum contemptorem esse : ideo admoneret fratres pios ut me non reciperent : quòd cum eo fuissem *Gosæ*, se me tantum in gratiam eorum qui me miserant<sup>24</sup>, aluisse : meos mores sibi nunquam placuisse. Quòd si spem tamen vitæ immutandæ facere

messins eussent établi plus d'une école. On a vu (VIII, 153) que l'instituteur *Jean Petitjean*, étranger, avait été banni de Metz en janvier 1543.

<sup>20</sup> Cette parole permet de croire que *Virot* avait eu le temps de s'attacher aux pasteurs neuchâtelois.

<sup>21</sup> On ne possède pas cette lettre de Farel.

<sup>22</sup> Voyez les lettres de *Virot* du 16 et du 30 avril 1543. Dans la seconde, il répond aux reproches de Farel.

<sup>23</sup> *Watrin du Bois* (VIII, 506).

<sup>24</sup> C'est-à-dire, *les pasteurs de Neuchâtel*. On lit, en effet, dans la lettre de Jean Fathon à Christophe Fabri du 28 novembre 1542 : « Nous envoyons ceste sepmaine présente ung frère devers M<sup>r</sup> *Guillaume*, pour luy faire compaignie, ce pendent que le sire *Claude* viendra faire ung tour par deçà... » (VIII, 200-201.) Le voyage de *Guillaume Virot* à *Gorze*, a peut-être eu lieu plus tard ; mais nous ne doutons pas qu'il ne l'ait accompli en vertu d'une décision de la Classe de Neuchâtel. Les paroles mêmes de Farel nous y autorisent.

vellem, et si hanc arrogantiam ponere, humilem verò me præstare vellem, me non esse omnino rejiciendum ad instituendam juventutem : ita tamen haberem ut aliquis observaret quid agerem : *me non pervenisse eò ut ex arbitrio ferrer*<sup>25</sup>. Habes, Domine Capuncule, *Farelli de me judicium et encomium*. Fratres qui me *Metis* multos dies aluerant, ferè quindecim, literas ad *Farellum* de me conscribunt, me meamque vivendi rationem non improbandam, sed merè evangelicam signis suis confirmant<sup>26</sup>. Nihil audivi a *Farello* ab illo tempore. Confirmavit verò fratrum opinionem pastor ad quem scripserat *Farellus* de me, qui quàm longè ab his essem quorum insimulabar significavit, me nihil *Metis* admisisse homine verè christiano indignum.

Hæc fiunt sex aut septem hebdomadibus dum expectatur alia tranquillitas et exulum revocatio. *Farellus Argentorati*, ego *Metis* expecto. Veniunt tandem Legati a *Protestantibus* et principibus Imperii, feriis Pentecostes<sup>27</sup>, *Argentoratum*. *Senatus pars Metensis* cum illis convenit, disceptaturi de exulibus et Verbo purè proponendo. Dices : quid interim inter ferias resurrectionis *Metis* agebatur et pentecostes ? Pastor quidem proponebat Verbum, sed jejunè satis et timidè. Durabat persecutio. Civitas in tanto tumultu agitabatur, ut bellum potiùs civile quàm civitatem appellasset. Pii vix audebant aliquid. *Mittunt legatos rasi in Brabantiam, in Galliam aliasque regiones auxilium petituros, suum ordinem pessum ire, susque deque ferri nisi succurratur*<sup>28</sup>. Sparguntur munera. Senatorum alia pars *Cardinalem Lothoringum*<sup>29</sup> ac regem *Franciscum* adit : quid sentiant de tanto conflictu ? Tandem octo diebus consilium deductum est *Argen-*

<sup>25</sup> Voilà le grand reproche de Farel : *Guillaume Virot*, jeune homme sans expérience et placé dans une position difficile, agissait à sa tête. Candidat au saint ministère (Cf. le P.-S.), il avait rempli, sans appel régulier, des fonctions ecclésiastiques, et s'était dispensé de requérir les conseils de ses chefs spirituels.

<sup>26</sup> Cette lettre des Évangéliques de Metz est perdue.

<sup>27</sup> Le 14 mai 1543.

<sup>28</sup> Jean Fathon écrivait déjà, le 26 janvier 1543 (VIII, 253) : « Ceulx desquelx bien congnoissés la pratique,... ne sçavent plus où ilz en sont, et sy ont desjà employer de leurs larrecins tant et plus pour trouver faveur devers les groz princes et princesses, pour estre despeschés à tout le moins de M<sup>e</sup> *Guillaume* [*Farel*]. »

<sup>29</sup> Le cardinal *Jean de Lorraine* (VIII, 323, n. 26).

*torati*. Exulum bona pars intromittitur ut ejecta ob Verbum tantum<sup>30</sup>. Alii aliorum criminum insimulantur<sup>31</sup>. Itaque hac dieta exulum negocium tantum peractum est. Indicta alia fuit dieta in quindecim dies<sup>32</sup>: in ea disceptabitur de ecclesia ordinanda, de ministris eligendis ac cæteris in ea necessariis<sup>33</sup>. Habes quæ hactenus acta fuerunt *ludis Gosianensibus*, hoc est *Gosæ* actis, ac *Metensibus*, hoc est *Metis* actis.

*Cælibum Carolus cœnobium S. Vincentii Metis obtinuit à præfecto cœnobii*<sup>34</sup>: *diebus festis concionatur*, sed quanta cum blasphemia, horreo totusque tremo postquam narro. Nam tran[s]-substantiationem tuetur ac papam, ut breviter dicam, tanta vi et violentia ut non vereatur appellare Verbi præcones Hereticos. schismatum ac divisionum authores: cum primis *Farellum*, *Viretum* ac *Calvinum*, quos nominatim arguit<sup>35</sup>. Nunquam audivi *Lutetiæ* franciscanum aut alium tam adversarium et importunum in evangelistas, quàm hic est. *Provocat Farellum ad certamen literis*<sup>36</sup>. *Farellus nihil aliud desyderat, sed non intromittitur*. Speramus tamen lætiora. Faxit Dominus ne spe excidamus. Multum impedimenti adfert veritati, sed Dominus conculcabit eum, cujus inimicum agit.

De cætero *Cæsar* exercitum habet in *ducatu Luxemburgensi*<sup>37</sup>. *Galli milites* excurrunt totam illam regionem quam illis excursionibus devastant ac depopulantur. *Marangarii*<sup>38</sup>, illis inimici,

<sup>30</sup> Voyez, t. VIII, p. 153, les noms des bannis autorisés à rentrer à Metz.

<sup>31</sup> Le P. Meurisse, op. cit., p. 58-60, donne les noms des Évangéliques messins qui avaient, selon lui, un compte à régler avec la Justice.

<sup>32-33</sup> Il ne devait pas y avoir, entre les députés de la ville de Metz et ceux des princes protestants, une conférence convoquée pour le 5 juin; mais chaque partie devait déclarer à l'autre, le 1<sup>er</sup> juin, si elle acceptait ou non les décisions prises par la conférence tenue à Strasbourg du 14-21 mai (Cf. le t. VIII, p. 311, 312, et, p. 403, 404, la lettre de Metz du 1<sup>er</sup> juin 1543 au Conseil de Strasbourg).

<sup>34</sup> Le nom de l'abbé de St.-Vincent nous est inconnu.

<sup>35</sup> Cf. le t. VIII, p. 313, 405.

<sup>36</sup> Voyez la lettre de *Caroli* à Farel du 14 mai 1543.

<sup>37</sup> Nos sources ordinaires ne fournissent pas de détails sur l'armée impériale qui était alors cantonnée dans le Luxembourg.

<sup>38</sup> Les *Marangiens* ou *Marengeois* tiraient leur nom du village de *Maranges*, qui appartenait au Luxembourg. « La situation de ce village, qui en faisait une sorte de poste avancé au milieu d'un pays souvent ennemi,

quotquot offendunt aut interficiunt aut ad minus depredantur. Breviter totum hîc bellum est, nihil non belli auditur. Vix audent egredi Cives urbem, potissimum evangelistæ, nam unidique odio habentur. Ab altera parte adsunt *Burgundi* : hîc præstò sunt *Galli* : ab illa stant *Germani* : ab hac insidiantur *Marangarii*. Quid hîc agendum? Tyrannos agunt magistratus ac seviunt in pios. Quid superest? Non audent persequi (dices) ob Evangelium? Non, sed juxta proverbium : qui veult mal à son chien, etc.<sup>39</sup>.

Ego, si Dominus permetteret, lubens peterem *Lutetiam*. Nam non possum juventutis instituendæ provinciam, nisi ecclesia constituta, impetrare<sup>40</sup>. Tu vellem ad me scriberes, tuæ me solarentur literæ : necnon de *Cortesio* scriberes. Si hue veniret, impetrata venia à fratribus<sup>41</sup>, non pessimè faceret. Utinam veniret : non pessimè secum actum postea diceret. Salutate mihi vestram familiam ac fratres omnes, potissimum *vitrearium magistrum Andream*<sup>42</sup>. Si posset impetrare à fratribus veniam<sup>43</sup>, veniret cum *Cortesio*, bene faceret. Quòd nolo eos venire nisi impetrata venia, hoc in causa est quod impediretur, etc. Salutate etiam *Stephanum*<sup>44</sup> (utinam hîc esset) eum uxore non satis

avait rendu ses habitants expérimentés aux choses de la guerre » (Journal de Jean Bauchez (Metz, 1868), p. 338, note de MM. Abel et de Bouteiller). Les Français ayant détruit par le feu, à *Maranges*, une centaine de fermes, les *Marangeois*, pour se venger de leurs pertes, attaquaient tous les Français isolés (Cf. Rahlenbeck, o. c., p. 50).

<sup>39</sup> On connaît la suite du proverbe : « dit qu'il est enragé. »

<sup>40</sup> Ces deux questions étaient étroitement unies, et on voit, par la lettre du Conseil de Metz du 1<sup>er</sup> juin 1543, qu'il n'était nullement disposé à les résoudre au gré des Évangéliques.

<sup>41</sup> Des deux significations de *venia* (permission, pardon), nous adoptons la seconde, parce que *Farel*, dans sa lettre du 23 février 1544 (p. 172-173, renvois de n. 8, 9), accuse *Courtois* de s'être efforcé à Metz, à Neuchâtel, à Genève et ailleurs encore, de bouleverser l'œuvre de ses prédécesseurs.

<sup>42-43</sup> Nous ignorons à quel titre Maître *André le verrier* avait séjourné à Metz, et en quoi il avait offensé ou scandalisé les Évangéliques de cette ville. Aucun pasteur neuchâtelois contemporain, que nous sachions, ne portait le prénom d'*André*.

<sup>44</sup> S'agit-il ici d'*Étienne le Vert*, pasteur à Môtier, dans le Vully? C'est peu probable. On pourrait supposer que l'écrivain a eu vue *Étienne Jacot des Combes*, qui fut pasteur au Locle dès le 26 mars 1536.

proba, qua discriatur ille. Saluta, tu Domine Capuncule, publicè in congregatione vestra, omnes pastores meo nomine<sup>45</sup> : id tibi injunctum volo, quanta est tua in me beneficentia. Longè ampliùs descripsissem omnia, nisi crederem *Farellum* scripsisse jamdudum<sup>46</sup>, nam commodiùs multò potuit. Si quid est quod desyderetis, literis significate, et dabo operam ut nihil ignorare possitis. Sed interim valet et plaudite. Metis ultima Maii 1543.

Vester, si suus est, GUL. VIROTUS.

*Quid cunctaris, si quid est de me scriptum*<sup>47</sup>? Cur non literis significas? Non oportet solùm eum qui ad episcopi dignitatem adproperat, esse sine crimine, sed etiam sine ulla criminis suspicionem. *Si quid mihi falsò imponitur, volo reparari. Nam non reliqui summum pontificem, hoc est papam, ut alterius jugum subirem*<sup>48</sup>. *Si sumus morosi et difficiles, et putamus nos esse secundos Paulos, quid curo?* Sum Christi, ejus libertatem expertus, jugum semel excussum non subeo. Vale iterum.

Je vous prie, escripvez-moy, c'est à dire envoyez-moy des lettres, si vous le voulez sçavoir<sup>49</sup>.

